



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XXV. Tua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

ad legitimum præscribendum requisita, quas habere aliquem posse, qui hanc à decimis solvendis immunitatem prætendit, facile cogitanti patebit. Neque enim decimæ tributa rectè dicuntur, à quibus immunitatem præscribere non conceduat iura cívilia L. *comperimus Cod. de prescript. 30. annorum*: negant enim SS. Canones, propriè tubuta esse decimas, cap. *cum non sit*, 33. b.t. & *Glossa in cap. tua nobis 26. V. tributa k.t.* Et quamvis juris divini sit recognitio divini dominij, ac de jure natura debeatur illis necessaria sustentatio, qui spiritualia nobis subministrant, ut ex relato Cap. patet, & ex pluribus decretorum textibus causa. 16. q. 1. nego tamen, aliter recognitionem divini dominij, aut necessariam ministeriorum sustentationem haberi non posse, quā per præstationem decimarum.

CAPITVLVM XXIV.

A nobis.

P A R A P H R A S I S.

Nobilis quidam possessiones suas, & fundos ad firmam, sive in emphyteusi locabat alijs, qui cum ex fundis his sibi elocatis, decimas dare nollent, ex Pontifice quereretur, utrum ad solutionem decimarum ex agris suis sic elocatis, conductor hic esset cogendus: cui quæsto respondi Pontifex, obligari hunc talem ad decimas horum agrorum, nisi immunem se probaverit.

S U M M A R I U M.

Quandonam coloni tenentur ad decimas?
N'otandum. Quod onus sentire debeat, qui commodum sentit, juxta regulam juris ss. in 6. Cū ergo conductor talis fundi decimabilis omne habeat commodum, mirum non est, quod onus decimarum sentire etiam debeat. Aliter tamen discurrente esset in eo casu, quo promercede competente excolendi agri, & pro labore in operam impensam stipendio, mercenario famulo, velut partiali colono, ut

advertisit *Glossa in Clement. 1. V. excolendas hoc tit.* traduntur: quibus in casibus, si- cuti agri tales (falso pro parte,) penes pri- vilegiatos manent, ita ut his agri tales (falso pro sua parte) fructifcent; si profusa parte à decimis dandis immunes hi erunt, nisi verba privilegij aliter ponderati de- beant, ut advertit relatu *Glossa*.

C A P I T U L U M X X V.

T u a.

P A R A P H R A S I S.

Si Imperator concedit alicui possessiones aliquas liberas, ac immunes ab omni onere, utrum hi ab onere decimarum da- darum ex his possessionibus sint immu- nes, ex Pontifice quærebatur; qui re- spondit in hoc Cap. immunes, ac liberas à præstandis Ecclesia decimis, sub qua- cunque generalitate possessiones tales conces- sæ fuerint, non esse, non tantum quod nulla sit Laicis potestas de rebus Ecclesiasticis disponendi, sed quod potes- tas secularis, quamvis imperatoria, non possit liberare ab illis, quæ divina con- stitutione debentur.

S U M M A R I U M.

1. *Imperator non potest liberare ab one- re solvendarum decimarum, etiamque fundum concedat ab omni onere li- bernum.*
2. *Quo sensu dici possit juris divini obli- gatio, obligatio decimarum?*

N'otandum. Quod dicatur in ratione pro response in cap. hoc relata, li- berare non posse Imperatorem ab illis, quæ divina constitutione debentur. Ex quibus verbis inferunt aliqui, quod decimæ jure ² divino debeantur, & consequenter nulla contra illas consuetudo aut præscriptio &c. prævalere possit, cum consuetudo, quæ juri divino contraria est, sit irrationalis, nihil utilis ad derogandum juri divino, aut ad præscribendum contra jus divinum. Rectius tamen alij dicunt, prout *supracap.*

14.

376 Decret. Gregor. Lib. III. Tit. XXX. Cap. XXVI.

14. jam notatum, divini juris obligationem
hanc dici posse, eo quod ab Ecclesia secun-
dum imitationem divini praecepti lati in anti-
qua Lege decimæ instituta sint; & ma-
terialiter spectata, ut sunt necessaria, ac
conveniens ministerium Ecclesiæ sustentatio-
ne; formaliter tamen spectatae, quoad
quotam, decimam scilicet omnium fru-
ctuum, ac lucri partem, esse obligationem
hanc juris positivi Ecclesiastici, contra quod
prævalere potest legitima consuetudo cap.
final. de consuet. communis hodie Canonista-
rum & Theologorum docet, & nihil pro
contraria sententia, allati textus probant.

CAPITULUM XXVI.

Tua nobis.

P A R A P H R A S I S.

Graviter conqueritur Pontifex, quod per-
versis suis machinationibus Laici aliqui
decimas imminuant; vel ex occasione
deducendorum prius sumptuum in agricul-
tura factorum; vel quod suis Eccle-
sijs, aut alijs pijs usibus, in pauperum
etiam subsidium, pro suo arbitratu ap-
plicant illas; vel quod vita Clericorum
flagitosâ offensi nolint solvere illis deci-
mas; vel quod ab Imperatoribus posses-
siones tales cum omni libertate acce-
pint: qui si ad Deum attenderent, cuius
respectu decimæ solvuntur, & à quo bo-
na omnia proveniunt, in subtrahendis
decimis tam temerarij non essent; cum
frivole sint omnes illæ pretensiones; &
decimæ non tam personis, quam Eccle-
sijs persolvantur, quæ pati non debent,
ob vitam flagitiosam Clericorum: neque
talibus Laicis, ulla sit concessa poreftas
disponendi de bonis Ecclesiasticis, prout
sunt decimæ; nec Deus deterioris con-
ditionis debeat esse, quam sit alius fundi
dominus, cui juxta conventa pacta
solvit debet, quod statutum est: & hinc
mandat Episcopo Vercellensi, ut omnes,
ad decimas persolvendas obligatos, com-

pellat ad integrè eas absque ulla detrac-
tione suis Ecclesijs praestanda.
Norandum. Pleraque in hoc cap. pra-
terib[us] jam nullas esse: sic in cap. priori d[icitur]
Eum, Imperatoris concessionem sub qua
cunque quantitate, & qualitate factam, i
decimaru[m] solutione non absolvere; h[ab]et
cap. final. de rebus Ecclesia non alio d[icitur]
citur, Laicis non esse disponendi circa Ec-
clesiastica potestatem; sic in cap. cumm[us]
33. hoc tit. dicitur, in solutione decimaru[m]
detrahenda non esse pruis tributa, &
cenfus; vel si prius deducantur, solvent
decimas ex his etiam ab eo, qui indecum
haec talia accepit: sic in cap. P[ro]p[ri]etatis
hoc tit. dicitur, non esse expensas deducen-
das in prædialibus decimis, quantum in
prædiuum talium frugiferam magistris
liorationem factæ sint, pruis quam decimæ
ex illis solvantur; & fructus alieni non
posse, si nondum sint decimati, nisi con-
onere solvendarum ex illis decimatu[m]; si
denique in hoc Capitulum Abbas p[ro]p[ri]etati
rez advertit, à dandis decimis non excluder
vit: in flagitosam beneficiorum, quibus
onus incumbit administrandi Sacrae
illis, qui ad decimas dandas obligantur,
cum haec non dentur in gratiam talium
beneficiorum, sed ad competentem suffi-
ciationem, ex Ecclesia bonis capientandis
Ecclesiæ in suis ministerijs serventur, reg. 55. in sexto.

C A P I T U L U M X X V I I .

Ex parte A.

P A R A P H R A S I S.

Abbas sanctæ Columbae Innocentio III. ap-
plicavit, ut, cum Monasterio suo incep-
tum fuerit, de bonis suarum Parochi-
rum, suis laboribus excutis, decimæ
integræ petere, intelligatur eiam petere
vilegium concedi, ut de novalibus etiam
in sua parochia exurgentibus decimas
quoque exigere & percipere possit; quod
dico